

514.

*Papst Gregor IX. ertheilt auf Bitten des Landgrafen Konrad von Thüringen dem Abt von Rein-
hardsbrunn und dessen Nachfolgern das Recht, sich einer Mütze und des Ringes bedienen zu dürfen,
unter Bezugnahme auf eine frühere, auf Bitte des verstorbenen Landgrafen Hermann ertheilte Er-
5 laubniß zum Tragen der Mitra seitens seines Vorgängers, des Papstes Lucius. Perugia, 1234 Okt. 17.*

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 52. Die Bulle verloren. Phot. H. St. A.

Gedr.: Würdtwein, Nova subsidia 6,48. Potthast 9739. Böhmer-Ficker 7046.

Anm.: Auf dem Bug rechts unten: Ste

Gregorius episcopus servus servorum dei dilecto filio . abbati monasterii de |
10 Reinhesburn ordinis sancti Benedicti Maguntine diocesis salutem et apostolicam bene-
dictionem. Ex eo, quod sicut acce|pimus in monasterio de Reinhesburn tibi commissio
laudum continuata frequentia nomen exaltatur | altissimi et in tuo tuique conventus studio
geritur favorem sedis apostolice per devotionis opera promereri, nos felicitis recordationis
15 :Lucii: pape predecessoris nostri vestigiis inherentes, qui dictum monasterium affectu
prosequens speciali ad preces clare memorie . lancravii Thuringie quondam H[ermanni]
predecessori tuo usum mitre contulit, sicut petitionis tue series nos instruit, intuitu dilecti
filii nobilis viri C[onradi] lancravii Thuringie, quem sue devotionis meritis habemus in
visceribus caritatis, tibi et successoribus tuis usum anuli de gratia concedimus speciali.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei
20 ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.
Datum Perusii xvi. kal. novembris, pontificatus nostri anno octavo.

(BD.)

515.

25 *Die Landgrafen Heinrich, Konrad und Hermann schenken dem Deutschorden ihre sämmtlichen
Güter zu Riethgen, Griefstedt, Willstedt, Fischstedt, Günstedt, Mardorf, Werflo und Marburg.
Homburg, 1234 Nov. 6.*

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haus- und Staatsarchiv Stuttgart. S. Heinrichs, an gelben, grünen und rothen Seidenfäden,
in kleinem Bruchstück erhalten, = Taf. XII. 4; das S. Konrads verloren. — Phot. H. St. A.*

30 *Gedr.: Gudenus, Cod. dipl. 4,877. — Dipl. Unterricht des deutsch. Ordens in der Balley Hessen Beil. 45.*

Anm.: Wegen der Siegelkarenz Hermanns vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 133 Anm. 3.

:In nomine sancte et individue trinitatis amen.: Heinricus, Cunradus et Her-
mannus dei gratia Thuringie lantgra|vii Saxonie comites palatini omnibus presentem
litteram inspecturis in perpetuum. Ea que geruntur in tempore, ne simul elabantur cum
35 tempore, poni | solent in linguis testium et fideli memorie litterarum commendari. Notum
igitur esse volumus universis tam presentibus, quam futuris, quod nos unanimi | voluntate et
consensu de fidelium nostrorum et ministerialium consilio donavimus atque contulimus hos-
pitali sancte Marie domus Teutonicorum Ierusalemite in manus fratris Heinrici de Honlo,